UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Lucæ Cœnobiarchæ. 298.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

mo arrogans? Quid quietam ac pacatam vitam turbas? Quid manſuetudini bellum infers, nec Deum metuens, nec flagitij tui pudore ſuffuſus? Nam quia probum virum necaſti, multę te linguę proſcindunt. Quoniam autem, perinde atque improbo quodam viro de medio ſublato, huiuſmodi cæde gloriaris, plures te rurſum tragicis verbis inſectantur. Animaduerte igitur, ô ſtolide, num vt Moſes cædem perpetraris, aut, vt Phinees, zelo exarſeris, aut, vt Samuel, diuinam iniuriam vltus ſis, aut, vt Elias, impietatis vindicem te præbueris: ac tum ob admiſſum facinus magnificè de te ſenti. Quòd ſi nec lex vlla te deſignauit, nec belli ordo armauit, nec diuinum oraculum te ad tribulis tui profundendum ſanguinem immiſit, ſatius tibi nunc fuerit, vt imbutas cruore manus tuas expies, cruorem tuum effundendum dedas, quàm vt animo ſcelus retineas, ac futuræ vitæ tribunalibus ad ſempiternum cruciatum ſerueris.

Lucæ Cœnobiarchæ. 298.

Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit, diteſcens non cum iudicio, inquit Prophetarum omnium calamitoſiſſimus Hieremias, ſceleratum belli ducem deſcribens, aduerſus veritatem in extremis temporibus arma induentem, atque omnes item eos, qui temerario animo, ac non ad commodum & vtilitatem, militaris imperatoris munere funguntur. Cùm igitur hæc ita ſe habeant, ecquid tu, non monachorum, ſed pugnatorum globos ac phalanges paras? Æquum enim fuerit, te illud perſpicere, inconditæ turbæ deſidiā atque inertiā in cogitationum perturbationem prolabi. Quambrem aut eos operari doce, aut multitudinē hanc minue, ne alioqui tibi deprecationis labor ſubeūdus ſit, armíſque indigeas, cùm eos crapula cum otio coniuncta ad rerum nouarum ſtudium incitarit.

Iſidoro præfecto. 299.

Si ex Deo pendemus, veniámque ab eo

ἤρεμον βίον κυκᾷς; τί τὴν ἐπιείκειαν ἐκπολεμεῖς, οὔτε τὸν θεὸν φοβούμενος, οὔτε τὴν οἰκείαν πρᾶξιν αἰσχυνόμενος; ὅτι γὰρ ἀπέκτεινας ἄνθρωπον χρηστὸν, πολλαί σε γλῶσσαι κωμῳδοῦσιν· ὅτι δὲ ὥς τινα τῶν φαύλων ἀνῃρηκὼς ἐναβρύνῃ τῷ φόνῳ, πλείονές σε πάλιν τραγῳδοῦσι. κατανόησον οὖν ἀσύνετε, εἰ ὡς ὁ Μωϋσῆς ἐφόνευσας, εἰ ὡς Φινεὲς ἐζήλωσας, εἰ ὡς Σαμουὴλ ἤμυνας θεῷ, εἰ ὡς Ἡλίας ἐξεδίκησας, καὶ τότε μέγα φρόνει ἐφ᾽ οἷς ἐτόλμησας. εἰ δὲ οὔτε νόμος σε τις ἐχειροτόνησεν, οὔτε πολέμου τάξις ἐξώπλισεν, οὔτε θεῖος χρησμὸς ἐπαφῆκε τῷ ὁμοφύλῳ σου αἵματι, καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐχθροῖς ἀγάπην ἀπενδόμενος, καλόν σοι νῦν ἀφαιμάξαι τὰς χεῖρας ἐπιδόντι τὸ οἰκεῖον αἷμα πρὸς ἔκχυσιν, ἢ τηρῆσαι κατὰ ψυχὴν τὸ παράπτωμα, καὶ τοῖς ἐκεῖθεν δικαστηρίοις πρὸς αἰωνίαν φυλάττεσθαι κόλασιν.

Λουκᾷ ἀρχιμανδρίτῃ. σϛη.

Ἐφώνησε πέρδιξ· συνήγαγεν ἃ οὐκ ἔτεκε· ποιῶν πλοῦτον αὐτοῦ οὐ μετὰ κρίσεως, ὁ τῶν προφητῶν ἔφη πολυπαθέστατος Ἱερεμίας, τὸν ἄδικον στρατηγὸν διαγράφων, κατὰ τῆς ἀληθείας ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς ὁπλιζόμενον, καὶ πάντας τοὺς ἀκρίτῳ γνώμῃ, καὶ οὐκ εἰς ὄνησιν στρατηγοῦντας. εἰ τοίνυν ταῦθ᾽ οὕτως ἔχει, τί στίφη καὶ φάλαγγας εὐτρεπίζεις, οὐ μοναχῶν, ἀλλὰ μᾶλλον μαχητῶν. δίκαιος γὰρ ἂν εἴης συνιδεῖν, ὅτι ὀχλώδης ἀργία εἰς λογισμῶν ἐκπίπτει ἀταξίαν. ἢ οὖν ἐργάζεσθαι δίδαξον, ἢ τὸν δῆμον ἐλάττωσον, μή σοι πρεσβείας γένηται πόνος, καὶ ὅπλων δεηθῇς, ἡνίκα αὐτοὺς ὅταν
κραιπάλη μετὰ τῆς σχολῆς πρὸς νεωτερισμοὺς ἐρεθίσῃ.

Ἰσιδώρῳ ἐπάρχῳ. σϛθ.

Εἰ θεοῦ ἐξηρτήμεθα, καὶ συγχώρησιν

παρ